

CONIECTANEA (III)\*

scripsit

CAROLUS M. LUCARINI

(1) Phrynichus, *Ecloga* 370 F.<sup>1</sup>: χρεολυτῆσαι τῶν ἀγαθῶν, τῶν δ' Ἀττικῶν τὸ τὰ χρέα διαλύσασθαι.

Quid significet ἀγαθῶν equidem non video ipseque FISCHER de genuinitate lectionis dubitat. Ego scriberem ἀμαθῶν, cfr. Phryn. *Praep. soph.* 1, ll. 5 sq. DE BORRIES: οἱ δὲ ἀπολελυμένως λέγοντες ἀφήλιξ, ἀφήλικες ἀμαθέστατοι.

(2) *Scholia in Aristophanis Pacem* 363 a<sup>2</sup>: οὐδὲν πονηρόν R: ὅτι πονηρός. ἄδηλον RV δέ, V πότερον κύριον ὄνομα ἢ ἐπώνυμον.

Pro certo habet scholiasta Κιλλικῶντα, cuius mentionem facit Aristophanes, malum fuisse, sed ambigit utrum Κιλλικῶν sit nomen an cognomen. Fortasse post πονηρός excidit <δηλον>, cfr. Palladius, *Scholia in Hipp. de fract.* 20, l. 11 IRMER (καὶ ὅτι μὲν γνήσιόν ἐστιν, δηλον, ποίου δὲ Ἴπποκράτους ἐστίν, ἄδηλον ἡμῖν ἐστιν); Alex. Aphr. *In Aristot. Metaph.* p. 445, 31 HAYDUCK (ἀλλ' εἰ περὶ τοιαῦτά ἐστιν ἀληθῶς νῦν μὲν ἄδηλον, ὅτι δὲ ἔνια, ἵνα μὴ πάντα λέγωμεν μαθήματα, ἢ ἀκίνητά ἐστι καὶ ἢ χωριστὰ θεωρεῖ ἢ μαθηματικῆ, δηλον).

(3) *Ibid.* 363 d (cfr. *FGrHist* 115, F 111): οὐδὲν πονηρόν: οὐκ οἶδ' ὅπως φησὶν οὐδὲν πονηρόν ποιεῖν ταῦτα πράττειν εἶναι, ἅπερ καὶ Κιλλικῶν. ὁ γὰρ τοι Κιλλικῶν ἐπὶ πονηρίᾳ διαβόητός ἐστιν. φασὶ γὰρ αὐτὸν οἱ μὲν Σάμον ἢ Μίλητον προδοῦναι Πριηνεῦσι. Θεόφραστος [Θεόπομπος cī. PRELLER] δὲ ἐν τῷ γ' τῶν ἱστοριῶν τῶν ἑαυτοῦ Σύρον φησὶν αὐτὸν τὴν νῆσον προδεδωκέναι Σαμίοις. πυνθανομένων δὲ πολλακίς αὐτοῦ τινων, τί μέλλοι ποιεῖν, ἔλεγε “πάντα ἀγαθὰ”. “πάντα οὖν ἀγαθὰ – φησί – ποιῶ, ὡς ἔφη καὶ Κιλλικῶν”. τῆς δὲ προδοσίας τοιαύτην ὑποσχεῖν τιμωρίαν. Θεαγένην τινὰ

\* Coniectaneorum fasciculos priores publici iuris feci in commentariis periodicis q.i. Philologus (XL 2006, pp. 350–354) et Eos (XCIV 2007, pp. 313–315). Gratias ago iudici anonymo ephemeridis, qui nonnulla vel correxit vel addidit.

<sup>1</sup> E. FISCHER, *Die Ekloge des Phrynichos*, Berlin–New York 1974.

<sup>2</sup> *Scholia vetera et recentiora in Aristophanis Pacem*, ed. D. HOLWERDA, Groningen 1982.

ἄνδρα Σύριον, τῆς νήσου τῆς ὑπὸ τοῦ Κιλλικῶντος προδοθείσης πολίτην, πρὸ πολλοῦ μετοικήσαντα εἰς τὴν Σάμον κρεωπολεῖν καὶ οὕτως ἀπάγειν τὸν ἑαυτοῦ βίον. ἀγανακτήσαντα δὴ ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τῆς πατρίδος ἐπιστάντος τοῦ Κιλλικῶντος ὠνήσασθαι παρ’ αὐτοῦ κρέας δοῦναι κρατεῖν αὐτῶ, ἵνα ἀποκόψη τὸ περιττόν. τοῦ δὲ πεισθέντος καὶ κρατοῦντος, τοῦ Κιλλικῶντος, προφάσει τοῦ πλεονάζον ἀποκόψαι τὸ κρέας ἐπανατεινάμενον τὴν κοπίδα κόψαι τὴν χεῖρα τοῦ Κιλλικῶντος καὶ εἰπεῖν· “ὡς ταύτη τῇ χειρὶ ἐτέραν οὐ προδώσεις πόλιν”.

(a) Post verba ἐν τῷ ἰγ’ τῶν ἱστοριῶν τῶν ἑαυτοῦ *suspicio* aliquid excidisse velut <χρόνων> (cfr. Diog. Laert. II 110: ἱστορίας γεγραφῶς τὰς κατὰ τοὺς χρόνους τοὺς ἑαυτοῦ). (b) Nusquam inveni ἀπάγειν τὸν βίον pro “degere vitam” (quid significet ἀπάγειν τὸν βίον nos docet Greg. Nyss. *Orat. VIII de beat.*, XLIV 1273 MIGNE: τὴν διὰ κακίας τὸν βίον ἐπὶ τὴν ἀπώλειαν ἀπάγουσαν). Lege mecum **διάγειν** τὸν ἑαυτοῦ βίον (cfr. LSJ s.v. *διάγω* II 1 et e.g. Ioh. Chrys. *In martyres Aegyptios*, L 698 MIGNE: διὰ ῥαθυμίας τὸν ἑαυτοῦ βίον διαγαγόντα). (c) In periodo τοῦ δὲ πεισθέντος [...] καὶ εἰπεῖν verba τοῦ Κιλλικῶντος iam pro additiis aliqui deleverunt, sed plura sunt exsecanda. **Dele** τοῦ Κιλλικῶντος **προφάσει τοῦ πλεονάζον ἀποκόψαι τὸ κρέας** et omnia quadrabunt; neque causa interpolationis longe quaerenda, cum verba addita sint ne quis de vi verbi κρατεῖν (“tenere”, “porrigere”) ambigeret.

(4) *Ibid.* 1183 c: τόπος Ἀθήνησιν παρὰ πρυτανεῖον ἐν ᾧ ἐστήκασιν ἀνδριάντες, οὓς ἐπωνύμους καλοῦσιν. ἐπειδὴν οὖν κατάλογον δεήσῃ γενέσθαι στρατείας, προσγράφοντες τὰ ὀνόματα τῶν καταλεγόμενων ἐπὶ ἐνὸς προτιθέασι τούτων τῶν ἀνδριάντων ὑπὲρ τοῦ φανερόν ἐκεῖσε γίνεσθαι τοῖς καταλεγόμενοις.

Προσγράφειν significat aliquid iam scriptis addere, quod hic vix procedit. Lege mecum **προ[σ]γράφοντες**.

(5) Erasmus Roterodamus, *Apologia contra Sanctium Caranzam* 89, 649–651 de Jonge<sup>3</sup>: “‘Servus’ perpetuum conditionis utilitatem sonat vulgo, quam fere comitatur animus illiberalis et parendi necessitas potius quam voluntas”.

Quid significet utilitatem equidem non video; scribe potius **vilitatem**, ut 89, ll. 642 sq.: “Nam ‘servi’ nomen absolute positum vulgo sonat indignitatem ac vilitatem conditionis.

(6) *Ibid.* 90, 659–661: “Rursum si quis ‘servum’ velit appellare, quod pro nostris peccatis vinculus, sit caesus et crucifixus, formam servi pro tempore suscepit hactenus veram.

<sup>3</sup> Desiderii Erasmi Roterodami *Opera omnia*, vol. IX 8, ed. H.J. DE JONGE, Leiden–Boston 2015.

Novus editor editiones veteres secutus post *vinctus* virgulam posuit, sed hoc modo oratio claudicat. Pone virgulam post *sit*, cum hoc verbum tam ad *vinctus* quam ad *caesus* et ad *crucifixus* referendum sit.

(7) Idem, *Apologia ad Prodromon Stunicae* 190, 52–54: “Si quis illi largiatur idem esse mysterium et sacramentum, evicit aliquo modo dici sacramentum; non evicit esse sacramentum iuxta exactam huius vocabuli rationem de qua nos agebamus”.

Erasmus perfectum *evicit* scripsisse non adducor ut credam. Cfr. infra ll. 54–56: “quod si quis non largiatur illi [...] ne hoc quidem evincit ex hoc loco matrimonium aliquo modo dici sacramentum”. Est igitur etiam in nostro loco utrobique *evincit* restituendum.

*Coloniae Agrippinae et Panhormi*

